Fragmentarium

uolucres gelu tristi terso dulce iubilant. Lucem
arius sol et luna morte xpi turbida. Tellus her
ida resurgenti plaudit xpo que tremula ista est mor
se casuram minitat. Ergo die exultemus qua
obis uiam uite resurgens patefecit uite. Astra so
im mare iocundentur et cuncti gratulentur in ce
s spiritales chori tonanti. Secundum Marcum.
Illo tempore. Maria magdalene et
maria iacobi et salome emerunt aro
mata. ut uenientes ungerent ihm.
Et ualde mane una sabbatorum ueni
unt ad monumentum. orto iam sole. Et
dicebant ad inuicem. Quis reuoluet no
bis lapidem ab ostio monumenti. Et res
picientes. uiderunt reuolutum lapidem.
rat quippe magnus ualde. Et introe

lumbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent
enim uos in conciliis. et in synagogis su
is flagellabunt uos. Et ad reges et pre
sides ducemini propter me. in testimo
nium illis et gentibus. Cum autem tradent uos.
nolite cogitare quomodo aut quid loqua
mini. Dabitur enim uobis in illa hora
quid loquamini. Non enim uos estis
qui loquimini. sed spiritus patris uestri qui
loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem
in mortem et pater filium. et insurgent
filii in parentes. et morte eos affici
ent. Et eritis odio omnibus propter nomen
meum. Qui autem perseuerauerit usque in
finem. hic saluus erit. OF Letamini
in domino et exultate iusti

License: cc-by-nc – München, Bayerische Staatsbibliothek, , Inc_2957_2A – Missal with Neumes (no staves) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2076/1032/14858)